



**Rvperti Abbatis Monasterii Tvtiensis, Ordinis Sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac planè clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione domini, Commentariorum,
libri VII**

Rupert <von Deutz>

Coloniam, M. D. XXVI.

Rvperti Abbatis Tvtiensis In Cantica Canticorvm De Incarnatione Domini
Commentariorvm Liber Qvartvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71845](#)

BRVPERTI ABBATIS
TVTIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER QVARTVS.



VI D AGIMVS ANIMA: QVARE
tristis es, & quare conturbas me? Ecce in medio nuptiæ
sumus, nuptiæ hominis regis, quas fecit filio suo, quæ de
uirgine incarnari uoluit. Et dicit mihi illud terrificum, illud
ualde pauidum. Intravit autem rex, ut uideret discubentes
& uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi.
Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nup-
tiale? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Liga-
tis manibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exte-
riores. ¶ Quorsum tendis? Cur mihi haec ingeris? Times
ne quod uestem non habeas nuptiale? Et quidem si de cha-
ritate agitur, quod ipsa sit uestis nuptialis, tu ad istas nup-
tias, ad istas nuptias laudes decantandas, sine charitate non intrasti. Ipsa mater nuptiarum,

Nuptiæ.
Psal. 41.

Matt. 22.

Autori reues
latio per uisus
nem facta.

Psal. 41.

Gene. 22

Paradyſus
terrenus.

Fluuius
paradyſi
Psal. 45.

Ichan. 6.

conscia tibi sit & testis, quod sine huiusmodi ueste non accesseris, cui quondam tecum, ut uis debatur, colloquenti, dum sermonem cum illa conferres de sacris mysterijs, de gloria sancte & induitum trinitatis, & dicenti; quomodo tu aedes loqui de huiusmodi; erat autem haec eius percunctatio facie serena & uultu hilari, ita respondisti. Ego beatam trinitatem diligo, & inde certissime scio, quod de illa loquens, nunquam extra ueritatem aberrabo. Ne igitur tristiter anima mea, neque conturbes me, sed spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, non aberra do quod esset penè in tenebras exteriores mitti, & sequentem uocem sponsi cum gaudio audi. Hortus conclusus soror mea sponsa es, dei genitrix, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tue paradyſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Lyrus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamonomum, cum vniuersis lignis libani, myrra & aloë cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puerus aquarum uiuentium, qui fluit impetu de libano. ¶ Ecce nouus paradyſus, non uer plantationes, quas plantauit unus idemque antiqui paradyſi plantator, dominus deus. Plantauerat autem dominus deus (ait scriptura) paradyſum uoluptatis a principio, in quo posuit hominem quemque formauerat. Produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendū suuere lignum etiam uitæ in medio paradyſi, lignumque scientiae boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandum paradyſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Ille est paradyſus antiquus, paradyſus terrenus. Iste est paradyſus nouus, paradyſus celestis. Vtriusque plantator & unus idemque dominus deus. In illo posuit hominem quemque formauerat: in isto formauit hominem, qui apud ipsum in principio erat. ¶ De ista humo produxit omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendum suave. Lignum etiam uitæ in medio paradyſi, istam humum, istam terram suam benedixit, & ex ea cunctæ germina gratiæ, & cunctæ exemplaria uirtutum produxit: ipsum quoque lignum uitæ Christum, deum & hoīem, dominum paradyſi celestis. De illo uoluptatis loco egrediebatur fluuius ad irrigandum paradyſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. ¶ De isto paradyſo ille fluuius, sive illud humus egredium est, de quo Psalmista dicit: Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei, qui inde diuiditur in quatuor euangelia. Nec paradyſus ille, hominem custodire potuit, nec paradyſum illud homo custodire uoluit. Quoniam ergo non profuit illis parentibus primis, nec nobis in illis introducit illa in illa taletem paradyſum terrenum paradyſum, non obseruato præcepto quod accepimus: iterum plantatur alius paradyſus, quem ingredientes, lignum uitæ æternæ comedamus, & non moriamur, & istæ sunt emissiones dilectaæ, super quibus præsentilo co gratulatur dilectus, & ita loquitur. Hortus conclusus soror mea sponsa es, dei genitrix, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradyſus malorum punicorum, cum pomorum

d 2 motum

XL. RUPERTI IN CAN. CANTI. CAP. III.

Cur bis dicitur? **Hortus conclusus**
 morum fructibus. ¶ Dictritus emissiones tuæ paradyssus, præmisit, ortus conclusus, fons signatus. Porro emissionum horti
 mea sponsa: & iterum, ortus conclusus, ac deinde, fons signatus. Quid igitur uerbis istis, nisi & concipientis virginitas, & parientis prædicatur integritas? Proinde dicamus & nos feliciter cum dilecto, dicamus omnes corde credulo & ore consono. Ortus conclusus es, o Dei genitrix, ortus conclusus, fons signatus, Vnde ortus? Nam inde nominatur ortus quod semper ibi aliiquid creet, ortus nūquam sine fructu est. Vnde ergo ortus es tu o dilecta dilecti, nisi quia in te natum est aliiquid, quod nūq̄ definit, & fructus tuus nūquam marcescit aut deficit. ¶ Maxime autem hoc mirum est, immo uerum atq; iocundū, quia de orto prædicatur qd̄ sit conclusus. Quomodo enim ortus, si conclusus? Nunq̄ simile huic auditum est de oīni nostrorū multitudine ortorum, nec ponit diciuel esse ortus non habens aditum, per quem saltem unus intraret uel exiret ortulanus. Hic ortus unus uel solus ē & clausus uel conclusus, hic uterus unus est & secundus & in corruptus. O igitur soror & sponsa mea, quomodo gaudent amici, quia talis es ortus, talis fons? Corpore ortus conclusus, mente uel anima fons signatus. Et quare bis diceris ortus conclusus? Videlicet propter conceptum & propter partum, quia in utroq; mirabile est, & fidelium mentibus amabile miraculum, qd̄ neq̄ corrupta es conceptu, neq̄ violata partu, In utroq; & amici, & oēs adolescentulæ nostræ gratulantur, & utrūq; libenter confutetur.
Fons signatus ¶ Vnde autem fons signatus, & quo uel quali signaculo signatus? Mirum ex eo, quod spiritus sanctus superuenit in te & uirtus altissimi obumbravit tibi. Ipse spiritus sanctus signaculum pectoris tui. Et hoc est geminū nostræ custodie monumentum, geminū nostrorum amicorum gaudium: quia & uterus tuus nullus, pulchri carnali commertio accessibilis: & mens tua nullus uitio, nulli spūali nequitiae sunt unquam penetrabilis. ¶ Mirum qd̄ cū ita sis ortus conclusus, ita fons signatus, nihilominus, immo & eo amplius, emitis omnīa bona, quibus mundus impleatur, & emissiones tuæ paradisi malorum punicorum cū pomorum fructibus: paradisi scripturarum uel doctrinae cum bonis & sanctis operibus. Emissiones tuæ uel paradisi tuus, cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum uniuersis lignis libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. Herbarum aromaticarū iste numerus. s. nūerus septenarius, amici nostri bene est cognitus, qd̄ uniuersitatem significet, maximeq; ex spūsancto sit sacratus, spiritu septiformi: qui hoc ipsum operatur. requiescendo super me fiorem primitivum ori huius Operatur (inquam) hoc ipsum, qd̄ ortus conclusus es, quod emissiones tuæ paradysus talis & tam pulcher, sicut ex ipsis aromatum septem speciebus animaduerti potest: inter quas principalis est nardus. unde & bis prædicari uel numeratim eretur, cum dico, cyprus cum nardo, nardus & crocus. Nam ipsa est humilitas tua, quæ ualde oblectavit altissimum, ob lectavit me regē dilectum tuum, sicut ipsa dicas: quia dum es et rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Quicquid gratiarum, quicquid uirtutum, quicquid operationum cœlestium mundus accepit, emissiones tuæ sunt: ut ubi erant prius spina & uepres, uepres & carduus, lappa & tribulus, urtica & palius, uniuersitas nequiciarum, ibi sit cyprus cum nardo, nardus & crocus fistula & cinnamomum, myrrha & aloë, uniuersitas gratiarum, iuxta numeri huius numeri septenarij sacramentum, cum uniuersis lignis libani, cum omnibus primis unguentis. Quid ibi uniuersa ligna libani? Et prima unguenta quid sunt uel faciunt illic? ¶ Mirum ligna libani sunt quidam amici nostri, amici illi qui sunt nuptiarū nostrarum filij siue domestici, nihilominus sunt potentia seculi grandes & excelsi, acq; la cultatibus dilatati: ita ut ex eleemosynis eorum sustententur parvuli nostri, parvuli spiritu alis propositi: quemadmodum in ramis lignorum libani nidificant passeris exigui. Vnde est illud in Psalmō præscriptum. Saturabuntur ligna campi, & cedri libani quas plantavit illic passeris nidificabunt. ¶ Tales niduli passerum nostrorum, & cunctæ eleemosyna faciunt uel facturi sunt potentes ac diuites amici uel filij nuptiarum nostrarum, prima unguenta sunt, unguenta miri odoris, sicut significatur ex me dilecto tuo, ubi mulier peccatrix preciosum unguentum emit & effudit super caput uel pedes meos recumbentis & domus repleta ex odore unguenti. ¶ Pulchra ualde uarietas siue diuersitas hatum emissionum tuarum

Ligna libani
 Chriiani potes

Psal. 103
 Pria unguenta

Iohā. 12.
 Eleemosynas
 & cūmēdauio

COMMENTARIORVM LIBERI IIII.

XLII.

missionū tuarū huius padis nō ubi & altitudo lignorū libani & hūilitas oīs aromaticis ger
minis, qualemq; decet intelligi, per iam dicta uirgula numeri septenarij spectaculum cōf
praebebit, spiratibus in medio primis unguētis. i. cū dīs opibus pictatis, maximeq; eleemosy
synis, quibus suppleri poterit, quicqd minus spūalis uitæ habuerint tales (ut iam dictū est) Exodi. 16. 36.
nuptiarū nrae domestici: q;uis seculi curis ipliciti: nō tñ p fidē amici. Sic quondā in taberna
culo dñi sagā cilicina byssam & purpuram amica extensione tegebat sīc femp qui spūabus
minus habundat, carnalia sua spūalibus cōciant, ut iure spūaliū illoꝝ particeps siant. Hæ
sunt emissioes tuæ soror mea spōsa, emissioes orti cōclusi, emissioes fonti signati, paradisus
dei patris. ¶ Hæreditas mea dilecti tui, filij dei, filij tui, opus spūi sancti, ecclesia una de mul
tis emissioib; tuis, quæ p orbē terræ diffusa, semp in te respicier, & ad nos clamabit de no
bis ip̄is, uocē extollēs de turba mulier fidelis, dices mihi: Beatus ueter q; te portauit, & ube
ra que suixisti. Tu foris ortoꝝ, puteus aquaꝝ uiuentiū, sons (in q) ortoꝝ, id ē, mater ecclesia
rum, poteus aquaꝝ uiuentiū, id ē, secretarū oīm scripturarū sanctarū. Quæ uidelicet aquaꝝ
uiuētes fluūt impetu de libano, id ē sanctæ oīs scripturæ, quæ solæ dicunt & sunt canonice
manauerūt de pplō antiquo, populo Iudaico. Nobilitas q;pp̄ illius pplō plibānū solet my
stice designari: de quo pplō ego & tu soror mea spōsa sedm carnē sumus pgeniti, cuius ter
re terminus ex uno latere est mōs huius noīs. Cuncte uiuētes aquaꝝ de isto libano flūnt,
cūcta eloquia dei huic pplō nō, nō quōcunq; sed cū impetu cucurterūt. Oportebat enim
hīmō aquas cū impetu fluere oportebat eloquia dñi fortiter currere, quia multi nimis erāt
q; combabantur obſtēre, multi nimis adhuc sunt q; obnitūt & audēt cōtradicere. ¶ Idcirco
amici nō, p quos administrata sunt eloquia dei, oportuit, ut effent nō solū autoritate diuinā
potētes fūrūt, ueruētiā ptate mūdana p̄ celsi. Qui fere primus uocibus manifestis caniturus erat my
steria regni nō & uirtutes seculi uēturi, oportuit eū regē fieri, regē Dauid, potēte & sedm
nomē luū bellatorē manufortē, ut pueros siue pueriles pplō animos q; nescirēt spōte curam
habere de futuris & inuīsibilib; nō in hīando p̄sentib; istis uisibilib; autoritate frān
geret regiæ ptatis, admixto terrorib; blādīmēto. s. suauitate musici modulaminis. Silc cē
teri amicorū nostroꝝ, p quos eloquia dei manauerūt, fere oīs fortitudine & terrore armati
fuerūt, & orīnes gladijs usi sunt, gladijs (in q) materialib; necessario armatæ hīmō aquaꝝ ui
vētes, reuera cū impetu p eos cucurrerūt. Primus uel mitissimus eorū Moyses, cū de nō
plentudine accipiēt, uiuētes aquas fundere, id ē, legē sanctā & mysticā scribere inciperet, Moyses
gladiū atripiuit atq; arripi iuslīt, & uno die uīginti tria milia holm fabricatorū mēdaciū im
petu primo aquaꝝ uiuentiū, id ē, accepta legis interfecit. Et illi quidē poftq; tpaliter admini
strauerūt, suo quicq; pē deceſſerūt: sed pseuerat impetus aquarū uiuentiū, in ore & manibus
etī illorū qui nō scripserūt, quorū notissimus Helias extitit, qui uno die quadringētos ui
ros magno impetu interfecit. A quarū igīt uiuentiū puteus .i. sanctarū scripturarū sacrarū,
soror mea spōsa tu es, & hinc est qd dico, quia emisiones tuæ paradyſus malorū punicorū.
cū pomorū iuſtib; s. Sicut enī in initio fons ascēdebat ē terra, irrigans uniuersam supficie
terra, sicut (in q) fluuius egrediebat de loco uoluptatis ad irrigandū paradyſum, q; inde diui
dit in quatuor capitaf; ex te o amica, o terra benedicta, fons ille ascēdit, q; apud deū erat, &
uera lux erat sicut scriptū est, qm apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen.
Fons (in q) ille ascēdit ex te, nō principiū siue initiū hīs ex te, sed de corde p̄fis p occultas ui
as cū oībus ags uiuentib; .i. cū oībus scripturis ueritatis ueniēs in te, & extēnū sapīe fontē
siue puteū faciēs in te, atq; hoc mō ascēdit ex te. Ad qd ascēdit Vtq; ad irrigandā uniuers
sam supficie terra, ad instruendā siue excolendā ecclesiā p uniuersum orbē terræ. Ad hoc
egredit fluuius de loco uoluptatis .i. ad irrigandū paradyſum, ad hoc (in q) ex te, o uoluptas
fue locus uoluptatis dei, initiū accipiet sanctū euāgeliū, ut p uniuersum mūdū spūalem ir
riget paradyſum, & diuidet in quatuor capita, i. in quatuor necessariae salutis sacra, q; uideli
cet sunt haec, carnatio, passio, resurrectio, atq; ascēsio mea. Hæc enī necessario p̄dicabunt
& necessario sc̄etur, q; sine istorū cōfessiōe nō fit nī paradyſus, sine istorū fide nō saluatur
mūdus. Diuidet (in q) uiuentes aq; in ista quatuor capita, id ē principalia sacra, q; uidelicet oīs
scripturæ in ista quatuor subtīl intendūt, appellādo hæc faciē hoīs, faciē uituli, faciē leonis,
& faciē agle uolatīs. Tūc cognoscet amici, qd etiā aī scripturas uoluerit scriptura legis, dis
cendo,

Extollēs uo
cē muier de
turba ecclia.

Luc. ii.
Aquaꝝ de lis
bano fluētes
scripturæ fāz
crae.
Roma. 5.

Condītores
scripturarū
potētes fūrūt

Dauid.

Helias.
3. Reg. 18
Maria pute
us aquarū ui
uentium.
Gene. 2.

Psal. 55.

Fons dūvidis
tur in quatuor
or capita.

Quatuor fa
cies quatuor
animalium.

XLI. RUPERTI IN CANT. CANTIC. CAP. III.

Gene. 49 cedocatul' leonis Iuda, ad p̄dā fili mi ascēdisti: qd uoluerit, ordinādo talē ritū uituli sacrificiū
 Leu. 4. cādi: qd uoluerit dicēdo Moysi: pphetā suscitabo eis de fribus suis similē tui, qd uoluerit,
 Deut. 18 canēdo, sicut aqla p̄uocās ad uolādū pullos suos, & sup eos uolitās, expādit alas suas, & al-
 Deut. 32 sumpsit eos, atq̄ portauit in humeris suis. Et de duabus qdē faciebus, de facie hois & facie
 uituli, oēs in me cōsentīt, s. qd & humanatus sim, & mortalis morte sustinuerim: sed de fa-
 cie leonis, & de facie aqlae uolitatis, nō oēs s̄l̄r̄ consentiunt, uidelj̄ qd & resurrexerit, & in
 Disceptatio
 de quatuor
 fluviis in pa-
 radyso.

cōclū ascēderim. ¶ Sic & de duobus capitib⁹ fluuij, de loco uoluptatis egrediētis, & in
 tuor capita diuisi. s. de fluui Gyon, q apud ēgyptios Nilus uocat, & de fluui Phison, q
 & Gāges dī, negari nō p̄t, qn exēat de illo padylo terrestri: de duob⁹ uero cāteris scriptores
 mūdani scripturā n̄am redarguere conant, dicēdo, q nō ita sit, ut ip̄a dicit, eo q illi. i. tigris
 & Eufrates in Armenia manare uideant, uno fonte exorti: nō intelligētes neq̄ iaduenies
 tes: q̄a scriptura nō dixit, qd fluuius ille padylo in ipso incipiat in q̄tuor capita diu-
 dis: sed fluui (inqt) egrediebat de loco uoluptatis ad irrigandū padysum, q̄ inde diuidit in q̄
 tuor capita, i. in oēs fluuiiales atq̄ dulces & potabiles aq̄s, quaꝝ capita sunt ista flumia prin-
 cipalia. ¶ Aque eterni suapte natura falsa erāt & amaræ: ascēdēdo aut̄ p illā ī terra mā-
 mā. s. padyiacā terrā, uersæ sunt i dulcedinē, ut irrigaret uniuersam terrę sup̄ficie, ip̄leg
 dulces atq̄ potabiles captiuo (qd futuræ erat) gñi hūano, terrā extra padysum faceret habita-
 bilē. s. herbaꝝ, lignoꝝ, seminūc̄ feracē: & iter aq̄s cāteras, q̄ ex illa māma dulcorē acceper-
 rūt, illa flumina Gyon & Phison, Tigris & Eufrates p̄cipua sunt. ¶ S̄l̄t aq̄ scriptura exte-
 sor mea sp̄s̄a dulcescūt, ex utero tuo siue p̄ utez tuu uiuētes factæ sunt. Alias aut̄ valde
 amaræ, imo & mortuæ atq̄ mortificatæ sunt. L̄sa em̄ occidit, ait qdā amicor̄ n̄o. Etenim
 qd aliud est q̄cqd Moyses loquitur, quicqd de prophetis legitur apud filios matris n̄a, q
 pugnat cōtra te, n̄i l̄sa sine sp̄s̄, sine aia corpus. Iccirco bidentes aquas mortuas, moriun-
 tur. Legētes & sequētes solā occidētē literā, occidūt. Qūo tandem fiet istud? Qūo plantabi-
 tur siue dilatabitur talis emissionū tuaꝝ, paradyſus. L̄ Surge aquilo, & veni austro, per
 fla hortū meū, & fluent ar om̄ta illius. L̄ Surgente aquilone & flante austro, sicutiud,
 Aquilo dias
 bolus est.

Quis ille est aquilo? Ille nimirū qui dixit. Sedebo in monte testamēto, in lateribus aquilo-
 nis. Ille de quo dictū est p̄ prophetā, ab aquilone pandetur malū sup̄ omnē terrā. Ipse est
 serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanás. Vnde iste talis aquilo surget? Qūo sur-
 get? ¶ Surget de occultis insidijs, ubi iacebat olim, & serpebat lubricus anguis, q̄n primā
 mulierē decepit, quēadmodū illa dixit: Serpēs decepit me, & comedi. Non ibi surrexit, ut
 impugnaret, sed serpēdo fibilauit ut deciperet. Vires quippe nō habebat priusq̄ cōfessum
 uoluntariū p̄beret ei mulier, quā deus innocentē fecerat. Inter te & illū, siors mea sponsa,
 deus inimicitias posuit, & iccirco de te oīno desperavit, imo de fraude sua de dolo siue arti-
 bus suis aduersum te nihil habet spei ut decipere possit. Dico ergo illi: Surge aquilo. Quid
 iaces in terra? Quid insidiaris calcaneo n̄o? Nil proficis insidiādo. Potius surge, uitibus u-
 tere, & toto malignitatis impetu debacchare. Egisti oīlo ut serpens, age nūc ut draco ma-
 gnus, draco rufus habēs capita seprē. ¶ Nō quasi imperans dico, sed p̄ iustitiam animo lo-
 quor. Tu em̄ iam dudū surgere cāp̄isti, nec aliud est nisi ac si dicā, age qdā agis. Surge q̄ sur-
 ges debacchare q̄ debaccharis. Qñ em̄ surgere cēp̄isti. Nimirū anteq̄ tieret hec altera mu-
 lier, cōtra quā decipiendo nihil poteris. Vbi uerbū promissionis, q̄ nūc impletur, audisti,
 qd ad Abrahā dictū est, in semine tuo benedicētur oēs gentes: statim surrexisti, q̄a p̄dictas
 inter te & mulierē, inter semen tuū & semen illius inimicicias adesse p̄fensiſti. ¶ Surrexisti,
 caput erexisti, caput prīmū regnoꝝ Aegyptior̄. Dixisti em̄ loquens in Pharaone. Quicq̄
 qd masculini sexus natū fuerit, occidite, & in flumen projicite: quicqd f̄cimeti, referuate
 Exo. 5. Et cetera his similia, usq̄ dū diceres p̄sequens abeūtes, euaginabo gladiū meū, interfici
 eos manus mea. Ita q̄ serpens deceptor fueras, draco p̄secutor factus es, draco magnus, dra-
 co rufus, id est sanguineus. Post illud prīmū caput tuū, secundū caput erexisti occidendo
 3. Reg. 18. manus Iezabel & stirpis eius p̄cones mysterij huius, p̄nuncios huius sacramēti, prophetas
 4. Reg. ult. dñi. Deinde tertīū caput in Nabuchodonosor rege Babylonis, deinde quartū i regno Per-
 saꝝ & M̄cedorꝝ p̄ Aman, q̄ genus n̄m delere uoluit, ne eēt unde possem ego nasci dein
 Hester. 5. de quintū in regno Gr̄ecorꝝ p̄ Antiochū Epiphane caput erexisti, & ita ī q̄cūibus o-
 aquilo

aglio surrexisti. Sextū caput nūc est, scilicet regnū Romanorū: septimū nōdū uenit, vide Macha. i.

licet regnū Antichī. Surge igit̄ aglo, i. age qđ agis, nō em̄ p̄cipio ut agas malū qđ nūq; e,

geris; fed p̄mitto surgere, qa uis. Excute hoc sextū caput tuū, effice ut tradaſ hoc semē mu-

lieris in manus Romanoꝝ. ¶ Ita surge aglo, & ueni auſter, ueni sancte sp̄s, cui diabolus

aglo cōtrarius ē, p̄fia hortū meū, & fluēt aromata illi, sicut qđ aī dixi emissiōes tuā para-

dys, qđ nūq; ita factū est. Numq; em̄ o auſter ita cōtra aq̄lonē uenisti, ut p̄fādo hortū me-

um nouū faceret fluere paradyſum, i. nouā propagari ecclēſā de multitudine gētiā. ¶ Ut dilectus me-

us dilectus meus in hortū suū, vt comedat fructū pomorū suorū. ¶ Ut dilectus me-

mihiloqtur, ita est. Ego hortus, ego fons hortorū, ego fons signat, ego ḡfa eius p̄te aqua

rū uiuēti, & emissiōes meāe padysus malorū punicorū. V eniat ergo ipſe in hortū suū, ut co-

medat fructū pomorū suorū. ¶ Nō, quō Eva inuitauit uirū suū, ego inuitō dilectū meum?

Ulla inuitauit uirū suū ad comedēdū pomū, nō suū, pomū alienū, pomū interdictū: ego in-

vito dilectū meū ad hortū suū, ad comedēdū fructū pomorū, nō alienorū, sed fructū pomo-

rū suorū, quēadmodū dicit meus cibus ē, ut faciā uolūtātē patris mei, q̄ uidelicet uolūtātē pa-

tris filius & uita ē ḡnīs hūani, qđ ipſe plāfauit, qđ bñdixit, qđ pditū reparauit. Et qđ tā, p,

priſu inter oēs fructus pomorū suorū, quā ego, q̄ sum p̄mā de primicijs pomorū, imō

etā fons hortorū? V eniat igit̄ in hūc hortū suū, & me transferēdo in illud tertīū cœlū, in il-

lūterī paradyſum, q̄ abiſt, q̄ me uidēte, ascēdit, comedat fructū pomorū suorū: pficiat, us-

q̄ in finē p̄ducat grām eorū, q̄ in me celebrata sunt, operū suorū. Ex q̄ in cœlū abiſt, cre-

bro reuerteris in illū, quē dicas, padysum emiſſiōnū mearū, et comedis de pomis punicis, q̄

optima sunt inter primicias eartūdē emiſſiōnū mearū. Tot em̄ iā comedis fragmina malorū

punicorū, q̄t beatas aias martyru cōfessorūq; tuorū hinc assunis, & trāſfers in illud uitæ

sempiternā secretū. Qñ ita uenies in hūc hortū tuū, ad istū quē dicas fontē hortorū? Quā?

do ita uenies ad me, ut ubi tu es, illīc ego tecū sim. ¶ Veni in hortū meū, soror mea spon-

sa, messui myrrā meā cū aromatibus meis. ¶ Comedi fauū cū melle meo, bibi uinū

mei cū lacte meo. ¶ Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. ¶ Omnia q̄ ge-

neri hūano ad salutē ſue restaurationē ipſius erāt necessaria, ego te ſilente pfeci, soror mea

sponsa nūc me quieſcētētib⁹ debet aliqua eiulde opis portio tua. Quid tñ ad requiē tuā fe-

ſitas? Ego naſcēdo, moriēdo, resurgēdo, & in cœlū ascēdēdo, ſalutē mūdi opatus sum:

nūc cū amicis & teſtib⁹ mei ſte ſupeſſe oportet, & oīm q̄ facta ſunt idoneū phibere teſti-

moniū, cū necessaria opatione ſignorū atq; uirtutū. ¶ Diligēter auſcultēt amici, & enarrēt

oibus nuptiarū noſtrarū filiis, qua tuorū iſta q̄ facta ſunt, q̄a ueni in hortū meū, & q̄a messui

myrrā meā cū aromatibus meis, & q̄a comedi fauū cū melle meo, & q̄a bibi uinū meū cū

lacte meo. Descēdēdo qppe in uterū tuū, & aſſumēdo carnē ut uerus hō nascerer, q̄ uerus

deuſ erā, ueni in hortū meū: moriēdo atq; ad infernū descēdēdo, reuersurus cū oibus ſan-

cis & electis meis, q̄ me expectabāt ab origine mūdi, messui myrrā meā cū aromatibus

meiſ reuſrēdo comedi fauū cū melle meo: ascēdēdo in cœlū, bibi uinū meū cū lacte meo

¶ Descēdēdo (inq) in uterū tuū, hō factus ego, ueni in hortū meū. Quid em̄ nō meū? E,

qppe ego ipſe ſum uerbū p qđ oia facta ſunt & ſine q̄ factū eſt nihil. Et ille paradyſus,

de q̄ lcriptura dicit, plantauerat aut̄ dñs deuſ paradyſum uoluptatis à principio, p me plāta

tus ſue & tu hortus alius hort⁹ cōclusus, p me factus eſt: & uniuersus emiſſiōnū tuarū padys-

ſus p me plātatus ſue plātadū ē. Propterea dixi hortū meū. At nō ſic ille prim⁹ hō, de q̄ ſic

ſcriptū eſt: T ulit ergo dñs hoīem, et poſuit eū in paradyſum uoluptatis, ut operareſt et cuſ-

ſtodiſt illū: nō (inq) ſic ille dicere potuit, ueni in hortū meū. Nō em̄ paradyſum ipſe feces-

ta ſue plātauerat, ſed nec in paradyſo ipſe formatus fuerat. Ego et hortū feci, et in horto na-

tus ſum, et ut alijs uerbis utar, ego et ciuitatē cōdidi, et in ciuitate natus ſum, ſicut ſcriptū eſt

Homo natuſ ē in ea, et ipſe fundauit eā altissim⁹. Nō ſuus paradyſus erat, atq; eo magis o-

perari, et cōmūlum custodire illū cōdecebat. Qđ q̄a non fecit, necessariū erat, ut uenire ego

in hortū meū, et ultra debitū operādo ac ſeruēdo, corrigerē illius peccatū, q̄ nec operatus

eſt debitū. Quomodo correxit. ¶ M eſſui myrrham meam cum aromatibus meis, I

ideſt expandi manus meas in cruce, hoc ſructū, ut ſaluarentur omnes mei, quos ille, me-

tendo mortē aī ſuꝝ, perdiſit. ¶ Dic̄tū quippe ſuekat ili. De ligno aut̄ ſcī boni et malinē

Genc. zī comedas,

Auster est ſpi-
ritus sanctus.

CAP. V.

Aliter Eva, zī
liter inuitauit
Maria.

Iohan. 4.

z. Cor. ſz.
Actu. 1.

Iohan. 4.

Quatuor ſea-
cit præcipu⁹
Christus.

Gene. zī

Ibidem.

Pſal. 86.

XLIIL R V PERTI IN CAN. CANTICO. CAP. V.

comedas, i q̄cūq; em̄ die ex eo comederis mortemorieris. Nō obediuit, im̄d iobedies māh in cōtinētes ad uetitum extēdit Hoc illi metere fuit, seminauerat erī impī cogitationē, tu-

Psal. 175. mens intus. & cogitās eē sicut deus. Hoc illi (inq) illi metere fuit, nō myrrham, sed gehēnā, nō mortē corporis, q̄ nūc interdū p̄ciosa est, sicut dicit Plāmus: p̄ciosa in cōspectu dñmors

sanc̄torū eius, sed mortē aīæ q̄ mors mala ē, sicut itē dicit Psalmta: mors p̄ dñrū pessima,

Mortē illā messuit, morte illa statim mortuus fuit, ubi pomū de arbore rupit & momordit;

iuxta ueritatē dicētis, in quocūq; em̄ die comederis ex eo, morte morieris. Ego aut̄ messuit myrrā meā. s. corpis solā mortē, mortē p̄ciosam. Seminauerā aī iustitiā, seminauerā humilitatē & obediētiā sp̄taneā, cū essem ego nō, ut ille, tñ hō sed & deus & hō. Cōsiderabās

Psal. 2. lud unde p̄fē minor eēm. s. naturā carnis, sicut scriptū est: minuisti eū paulominus ab ange- lis, & scdm illā naturā ita iustitiā ordinē tenui, ut in oībus subditus eēm, & obediētiā p̄fē, tanq; minor maiori, hō deo, creatura creatori, scdm legē M oysi. Exēpli ḡfa. Ter in anno appa-

Iēgē Moysi Exo. 23 bit (inq) or̄ne masculinū tuū corā dño deo tuo. s. in solēnitate azymorū, in solēnitate primi

tiuorū mēsis, & in solēnitate exitus anni, q̄ est solēnitatis tabernaculorū. Hēc em̄ parsuſti-

tiā sue obediētiā maxime mihi seminarū myrrā fuit: q̄a exinde inimicis meis opportu-

nitas uenit, me interficiēdi, dū sciēs eos tractare mortē meā, nihilominus, ppter p̄ceptū le-

gis ascēdi Hierosolymā. Ita factū est, ut meterē myrrā meā cū aromatibus meis. i. ut per

obediētiā punierē usq; ad mortē, mortē aut̄ crucis, cū qua & p̄ qua oīa traxi ad me, & acq̄fi-

ui oēs electos meos à cōstitutōe mūdi. Quid deinde? L Comedi fauū cū melle meo. i. i.

surrexi à mortuis, recepi carnē meā nō ultra moriturā, sp̄q; uicturā cū uerbo libi uito, uer-

bo deo, qđ sum & erā ego. ¶ Mirāda oppositio, mirabilis correctio. Ille primus hō requisi-

tus siue redargutus de p̄ctō suo, qm̄ semetiām defendit, nō solū mortē aīæ, quā incurretat,

nō euasit, ueruetiā mortē corporis insup̄ acq̄suit, dicēte deo, q̄a puluis es & in puluerē reuer-

teris. Ego aut̄, qm̄ tradidi, p̄ p̄ctō, nō meo sed alieno, memetiām, obediētiā p̄fē, nō solū uitam

aīæ nō amisi, quāsi, ppter maledictū legis dicētis, q̄a maledictus à deo est, q̄ p̄deret in signo

ueruetiā uitā carnis cito recuperauit, & ecce sum hō in utroq; s. in corpe & in aīa uiuus, cō-

tra q̄ ille fuit in utroq; mortu. Itaq; & mel meu cū fauū meo, & fauū meu cū melle meo co-

medi: q̄a mel meu fauū suū recognouit, & fauū meus melle meo respīrauit, ita ut nulla ui-

quā myrrā interfluere possit. i. uitā & uerbi, qđ ego sum sempiterna dulcedo carnē meā

rursus dulcorauit, & caro in diuinitatē gloria trāluit, ita ut ipsa iā mori uel mōre ei domina-

ri ultra nō possit. Hoc sac̄m nesciebāt adhuc amici nři, qđ te diuinus apparet eis, dixi: Ha-

betis hic aliqd qđ māducet, & tūc obtulerūt mihi partē p̄scis assi & fauū mellis. Comedi co-

ram eis non prius fauū mellis, & deinde partē p̄scis assi, sed prius partē p̄scis assi, & deinde

fauū mellis, & sumēs reliquias, dedi eis. Hoc signo edocēs, qđ & ipsi exēplo meo prius pa-

onibus atq; p̄sūris desiccādi, ac deinde fauū cōsurgēdi mecum forēt faciādi. ¶ Similiter

& initīci mei nesciebāt sac̄m dīcti huius, qđ dixi, & nūc dico, messui myrrā meā cū aro-

matibus meis, & nihilominus dabāt mihi bibere uinū myrrhatū uinum cū felle mixtum.

Post illum resurrectōis fauū ista est glīaz & honoris cōsummatio, q̄a bibi uinū meu cū la-

ctē meo, id ē, lātificatus sum ascētiōis gāudio, cōpleta scriptura, quoē dicit: Lātificabis eum

in gāudio cū uultu tuo. Nā ego sum ille rex, de quo dicebat: Dñe in uirtute tua latabit rex,

& lup̄ salutarē tuū exultabit uehemēter. ¶ Illa lātitiā, illa uāhemēs exultatio, ita est quam

nūc dico, bibi uinū meu cū lacte meo. Ascēdi em̄ in iubilo, & inde nō solū latet cor, uerū

etīā exultat caro, & idcirco dixi bīxī uinū meu cū lacte meo. Hoc uinū meu obliuione nū

hi fecit laborū prāteritorū, iuxta iliu. Da sicerā mōrētibus, o Lamuel, & uinū his q̄ amī-

ro sunt animō. Bibāt & obliuiscāt egēstatis sua, & doloris nō recordēt amplius. Bibi &

bibendū dedi his, q̄ amaro mecū fuerūt animo, uinū cū lacte meo. Bibērūt & obliuiscāt egē-

statis atq; doloris: egēstatis, qua prius egentes fuerāt, ut pote holes sine līis & idiotē: doloris

quo propter passionem meā doluerāt, sicut prādixeram eis iam hora passionis inimicētē.

Sed q̄a hēc locutus sum uobis, tristitia ip̄leuit cor uestrū. Itē. Et uos iūtū quidētūtū

haberis: Iterū autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudiū uīm nemo tollēt uobis

Hoc sacramentum nescientes qui iuidebant & audiebant eos. s. quod bibissēm ego & gu-

standū prābuissēm illis uinū meū cum lacte meo; dicebant, nescientes quid loquerent-

ip̄sī, q̄a

COMMENTARIORVM LIB. III.

xv

quia multo pleni sunt isti. Denique spiritus sanctus dederat illis spiritum paracletum, qui unus id est, & uinum meum, & lac meum, uinum meum, quia gaudium de presentibus bonis: lac meum, quia consolatio de praeteritis malis: uinum meum, quia dilectio dei: lac meum, quia dilectio proximi. Ego dicebam eis. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Quid comedetis, & quid bibetis? Nimirum reliquias, quas ego sumens dedi uobis, reliquias fons mei & mellis mei, reliquias uini mei, & lacis mei, non sine reliquijs myrrae meæ, uel piscis assi mei. Non quod serpens mulierem Euam, & mulier uitrum suum inuitauit ad comedendum, ego inuitu uos ad comedendum & bibendum, immo contra illud quod illi comedenterunt, ego necessariae comeditionis atque libitatis appono uobis antidotum. Serpens non dabat illis de suo, sed suadebat rapere de alieno notego de uobis de proprio, de fauo & melle meo, de uino meo & lacte meo, immo & de corpe meo de sanguine meo simili & de spiritu meo. Spus hic ueritate loquitur uobis contra me, datus quod serpens loquebat illis. Quid enim locutus est illis? Scit enim deus, quia quocunq; die comedenteritis de ligno illo, aperient oculi uestri, & eritis sicut dij, & idcirco prohibuit ne comedetis. Hoc dicens, ille spus blasphemus, magna deuina auctoritate contra hunc habere iniuriam. Ita ut spus ueritatis, quod dicit uobis? Scit enim dei filius, quia si manseritis in illo, & ipse in uobis, eritis sicut filii dei, eritis dij, eritis oes filii excelsi, quia aperient oculi uestri, aperient uobis sensus, ut scripturas intelligatis, & idcirco dixit uobis: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Hoc dices iste spus gratiae magna circa nos insinuat dei benevolentiam. Comedite igit amici & bibite, & inebriamini charissimi. Hoc unum de similibus loquor uobis, de similibus serpentis. Non enim linea causa dixi, Et sicut Moses exaltauit serpetem in deserto, ita exaltari oportet filiis hois, ut omnis qui credit in ipso, non peat, sed habeat uitam eternam. Non inquit sine causa dixi, quia uidelicet ecce loquitur uobis unus de filiis serpentis. Quod ictus unus de filiis? Comedite inquit ille & eritis sicut dij, comedite & bibite (ego dico) & eritis uos gratia, quod sum ego natura, scilicet filii dei. Neque illi uidelicet primi hoies in fructu ligni uetus videbant hoc quod audiebant, scilicet, diuinitatis effectum, neque uos uidetis in pane & uinum corporibus oculis, sic esse ut dico, corpus & sanguinem meum. Illi uidebant soluimodo aperitos pomum, uos uidetis soluimodo panem & uinum. Plus ille serpens, qui uidere, creditibim uobis, & credere possitis corporeis oculis, luit, & creditum est illi plus & ego mihi ut creditis exigo, qui uidere possitis corporeis oculis, & credendum est mihi, ut quo ordine mors introiuit, eodem foras mittatur, & uita sublata manu, le cedula, bene credentibus recuperetur. Quo enim ordine uita sublata est, & mors introiuit? Eo uidelicet, ut morte animæ præcedet, mors carnis subsequetur. Nam quo die comedetis primi hoies uetus, eodem morte animæ, morte peccati mortui sunt: & deinde morte carnis, suo quoque die uel tempore in puluerem reuerteruntur. Ibi uos quoque amici & secundum animam mortui & secundum carnem mortales facti estis. In Adama quippe omnes moriuntur, & hoc scienter unusquisque & secundum coitetur. Nunc autem quod spus dicit: Ele uare eleuare, conserue Hierusalem quæ bibisti de uestra confiteatur. Nunc autem quod spus dicit: Ele uare eleuare, conserue Hierusalem quæ bibisti de manu diuini calicem iræ eius, & usque ad fundum calicem soporis bibisti, & potasti usque ad facies. Filii tui pietati sunt duo sunt quæ occurserunt tibi: Vestitas & contumelia, & famæ & gladiis. Filii tui pietati sunt dormient in capite omnium platearum sicut bestia illaqueata: pleni indignationis domini, in crepitatione dei tui. Quam dicit indignationem domini, ipsa est mors animæ, & quam dicit in crepitationem dei tui ipsa est mors corporis, & ipsa est calix quem bibisti (inquit) de manu domini, subauditur in crepitatione atque dicitionis: In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumpsus es, quia puluis es, & in puluerem reuertieris. Nam calicem mortis animæ bibisti, non de manu domini de tui, sed de manu serpentis antiqui initimi tui. Mortis corporæ calicem idcirco bibisti de manu domini, quia sublata uita corporis si perpetua fuisset, nimis esset inutilis. Hec duo occurserunt tibi, inquit. Ac deinde subiungit, Idcirco audi haec paupercula, & ebria non a uino. Ecce tulit de manu tua calicem soporis, fundam calicis indignationis meæ. Non adjicies, ut bibas illum. Hoc agitur nunc de charissimi, dum dico uobis: Comedite amici & bibite, & inebriamini. Amici (inquam) & Charissimi. Iam enim non dico uos seruos, sed amicos meos, osquia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci uobis. Idcirco non dico chari, sed dicto charissimi, quia charitas erga uos maxima mihi est, quia maior esse non potest. Maior enim hac dilectione nemo habet, quam ut anima suam ponat quis pro amicis suis. Hoc ego facio.

Act. 2
Spūsl. & uia
nū & lac dicit

All Chrs, all
serpēs inuita,
uit ad comes
dendum

Veritas Chri
opposita mē
dacijs serpētis
Gen. 3.
Ioh. 17.
Psal. 81

Lucæ. 24.
Matt. 26

Joh. 3

Varia sicut
dointer dicta
utriusq;

Mors animæ p̄
cessit morte;
corporis

J. Cor. 15
Esa. 51

6

Inebriamini
Charissimi
Ioh. 15

XLVI. RUPERTI IN CAN.CANTICO. CAP.V.

**Ordo mitten
di foras mor
tem.**

Iohan. 6.

**Ibidem.
Quæstio.**

**Exodi. 16.
j. Cor. jo
Responsio.**

1. Cor. 15

**Cur i ultima
cœna, & non
prius, dedit
Chis corporis
& lan. sacrum.**

Iohan. 15.

Lucæ. 22

Roma. 8.

**Qualis ebrie
tas aporum.**

Iohan. 2.

z. Cor. 7

Psal. 35

Nam ecce dū morior, dū ad mortē trador, iamq ueditus in morte agonizor, corpus quoq meum comedendum, & sanguinem meū bibendum uobis appono, ut sicut iam dixi, quo ordine mors introiuit, eodē foras mittatur de animabus & corporibus uestris. Primo quippe foras mittitur mors animæ, dū comeditis & bibitis sacramentū mortis uel passiois meq; quia sicut quodā loco dixi, qui manducat me, ipse uiuet propter me. Post hoc foras mittetur mors corporis, scilicet quando omnes resurgent: quod & uos me primo resurgentis deliter creditis, sicut itidē ego dixi de illo, qui manducans me, uiuit propter me, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Dicit aliquis. Sancti itaq patres uestri, quomodo uiuet qui non comederunt neq; biberunt hoc uitæ sacramentū, nū tantū in figura & in generatione una, quando Manna in deserto comederunt, & aquā de consequente eos petra, biberunt,

¶ Ad hæc inquam. Sicut uiuentibus uobis modo uestro, ita & defunctis illis promoto ipsoq; sapientia dei prouidit, eandēq; mensa parauit. Si quidem dissipati sunt illi, quoniam animæ quidē apud inferos sunt in requie spei, corporauero requiescut in sepulchrī, dissipabor & ego panis uiuus qui de cælo descendit: & anima quidē ad animas illog; corporis uero descendit ad corpora ipsorum, scilicet in eius terræ uentre, quo illa recepta sunt. Mox animæ illog; reuiuiscent uitæ plena atq; perfecta, cuius in spe aliquatenus uiixerunt; in nouissima aut die uobiscū resurgent resurrectione corporū. Atq; ita fiet quod dicitur quis uestrum, quodq; firmiter tenet fides omniu uestrum, quia sicut in Adam omnes morti riuuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. ¶ Hoc tantæ salutis sacramentū ab initio non feci uobis, hunc cibū potumq; uitæ æternæ haec tenus non porrexī uobis, cum ambularetis mecum ad prædicandum euangelium regni dei. Non enim tempus erat, neq; odor pollicebat, ut uobis cibus aut potus daretur nouæ salutis priusquam mundaremini, priusquam delectetur macula uestra, macula reatus antiqui, quam contraxerunt comedendo uitium, uobis q; omnibus nascituris intulerunt iam dicti homines primi parentes uestrī. Mundari autem aliter neq; uos potuistis, neq; potuerunt ueteres amici nostri, sancti antiqui ab origine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei, per lauacrum regenerationis, scilicet sanguinis & aque de latere meo recurrentis. Non igitur ante uobis facere aut dicere debui, accipite & comedite amici, accipite & bibite charissimi: non inquit ante, sed in ipso articulo passionis meæ, uel mortis, qua emundati estis, unde & dico uobis, quia & uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Nam quia credidistis, & quia permanestis mecum in tentationib; meis, iecirco ex quo ego coepi agonizari, uos ccepistis emundari: ac proinde, sicut iam misericordia, sicut emundatis à peccato originali, quod primus homo per cibum contraxit, hunc cibum & hunc potum feci uobis, apponendum ceteris amicis & filiis nostris post uos nascituris, hoc ordine, ut & ipsi prius lauentur aqua baptismatis, quæ post sanctificationem uestricū signaculo crucis siue exorcismo passionis meæ uel mortis, non eritalia, sed eadem, quā cum sanguine meo de latere meo iam mortuus profundam, percussus lancea militis, & tunc demū particeps fiat cibi huius ac potus eo modo quo tradiidi uobis. Inebriamini igitur charissimi, inebriamini inquam, ita ut egestatis uestræ obliuiscamini, & doloris amissus non recordemini. Nam corpus quidem mortuum, id est, certissime mortuum est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Et ipsum mortem & omnes modos siue species mortis atq; peccarum, quicquid doloris & quicquid gaudii, quicquid timoris & quicquid spei, mundus habere siue inferre potest aut potuit, obliuiscimini charissimi præ ebrietate uini uestrī, præ abundantia spiritus sancti, præ dulcedine nuptiarum nostrarum, nuptiæ præsentium, quibus interesse meruistis, quarum festivitatem uidere prius meruerunt beati oculi uestrī. Vos enī estis coniuiriæ nuptiarū præcipui, qui primi omnes aquam uinum factum gustare meruistis. Si quidem iam hoc ipsum, quod non habetis tristitiam siue dolorem seculi, quod contemnitis gaudium mundi, quod timorem hominis non timetis, quod non in hominē speratis: quæ uidelicet quatuor passiones aquæ mortuæ, imdæ & aquarum mortuæ quædam capita sunt: sed solummodo secundum deum contristamini, solummodo in spiritu sancto gaudetis, solum deum timetis, & in deo deo speratis: iam inquam hoc ipsum est prægustare factum ex aqua uinum, & ebrietatis initium: ueniet autem societas, perficietur ebrietas post hoc, iuxta illud in Psalmo. Inebriabitur ab ubertate

COMMENTARIORVM LIB. IIII.

LXXIII.

ab ubertate domus tuæ & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Ecce hæc sunt soror mea Psalm. 53
 sois que feci, que cip dixi amicis & charissimis meis, ueniens in hortum meum, metens
 (ut iam dixi) myrrham meam cum aromatibus meis, comedens fauum meum cum melle
 meo, & bibens uinum meum cum lacte meo. Cæterum quod optas & dicis, post hæc o-
 rnia, ueniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructum pomorum suorum, hoc
 desiderans, ut te, quam dixi hortum conclusum, cuius emissiones sunt uel esse incipiunt p-
 mundum uniuersum paradysus malorum unicum: te inquam hortum conclusum, son-
 teniq hortorum, mox accipiam ad me ipsum: ut ubi ego sum illic & tu sis mecum: hoc nis Iohann. 34.
 micum ratio differre postulat, uidelicet in primis, ne uacet huic mundo dicere, quod nun-
 quam mulierem uiderit, de qua nouum hoc audit ex euāgeliū nostrī predicatione, quia mi-
 sit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. ¶ Pulcherrimum atq ordinatis,
 sumum est, quod dum aduersari nostri libros baiulant secum, dicentes siue scriptum habē-
 tes: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel: & amici
 nostri prædican in ista plenitudine temporis hoc esse perfectum, sequentibus signis ad co-
 fimationem dictorum: tu quoq ades media librorum præcedentium atq prædicatorum
 signorumq subsequentium: tu inquam uirtutum operatrix, ac totius sanctæ magistra re-
 ligionis: quem nunquam oculus uidit, qualis ab initio, quando Eua facta est, nō fuit, nec
 erit, nec erit in cogitationibus suis, in uerbis suis, in factis suis, in omni odore suavitatis, in
 omni flore & fructu honoris & honestatis. ¶ Ecce uenturi sunt homines spiritus contra-
 in, spiritus contra semetipsam diuini, & contra conclusionem horti mei, contra uirginitatem
 ueritati mei, contra paradysicas emissiones tuas, multa ac diuersa, imò & contraria dictu-
 ri, uidelicet Carpocratiani, Valentini, Appollinaristæ, Pauliani, Iouinianistæ, & alij
 spiritu erroris seducti siue seducendi, per quos serpens antiquus sibilabit, ut dicant, alij me
 hominem fuisse tantum & utroq sexu progenitum: alij me nihil corporis assumpisse ex
 te, sed transire per te quasi per fistulam: alij non me hominem uerum, sed in phantasia ap-
 paruisse, hominem phantasticum: alij non semper me fuisse, sed ex te sumpsisse initium:
 alij filios te ex Ioseph suscepisse post me natum. Tam diu igitur differri te oportet & deti-
 neri in peregrinatione ista, donec interimas & istas et cæteras heresies uniueras, narrando si-
 deliter, quod prædictetur & scribatur ueraciter: narrando inquam prout tempus & causa
 postulauerit, quod non me ex uiro, sed ex superueniente spiritu sancto conceperis, qd
 non ita per te, quasi per fistulam transierim, sed de ipsa carnis tuae substantia ue-
 tam carnis substantiam suscepimus, quod non phantasticum, sed uerum &
 uere humanum corpus acceperimus & in celum leuauerimus, quod
 non ex te initium sumpserimus, sed ante te, imò & in principio
 ante omnia secula deus dei uerbum ego extiterim, &
 quod post me natu, semper uirgo sis, iuxta
 ta quod Ezechielii prophetæ dictum
 fuit, quia porta hæc semp clau-
 sa erit. Portas istas
 & omnes
 eiusmodi emissio-
 nes tuas, tempus tuum e-
 rit, ut cum anima tua faciam id qd
 summopere desiderans dicis, ut ueniat dile-
 ctus meus in hortum suum, ut comedat fructum
 pomorum suorum.

FINIS LIBRI QVARTI.

Gala. 4.

Eliae. 7

Marc. ult.

Ecc. 24.

t tui

Ezech. 44.